Strzałowski Laurentii: Quaestio physica de vi motrice elementorum.

QVÆSTIO PHYSICA DE VI MOTRICE ELEMENTORVM.

A

M. LAVRENTIO STRZEŻOWSKI
Colle: Min. in Acad: Crac: Professore,

Publicè ad disputandum

In Lectorio DD. Theologorvm

Die 4 Decem. Anno D. M. DC. XLIX.

PERMISSV
Magnifici Dñi Rectoris
PROPOSITA.

CRACOVIÆ,
In Officina Typographica Valeriani Piątkowski.

ff.


PRÆMIUM
VIRTUTIS
HONOR
GLORIA

QVÆSTIO PHYSICA DE Vi motrice Elementorum.

V. Quatuor Elementa, quæ ſunt corpora ſimplicia, grauia & leuia, quandocunq; motu ſibi connaturali ad loca ſua cientur, à loco, vel principio intrinſeco & inſitis ac congenitis à natura qualitatibus: an verò à ſolo generante, tanquam principe ſui motus cauſa moueantur.

CONCLVSIO I.

Elementa quatuor ſunt corpora ſimplicia grauitate & leuitate dotata.

COROLLARIA.

I.

Vnum eſſe elementum falsò non pauci veteres aſtruxerunt.

II.

Nec minus à vero aberrarunt, qui infinita poſuerunt.

III.

Non quæuis combinatio primarũ Qualitatum ſeruit elementis.

IV.

Cum ſimplicitate elementorum ſtat optimè compoſitio ex materia & forma.

V.

Grauitas & leuitas ex combinatione primarum Qualitatum in dotem ceſſit elementis à natura.

CONCLVSIO II.

Elementa motu naturali à Locis ſuis non cientur.

COROLLARIA.

I.

Licet ſit Locus perfectio locati, eſt illa tamen extrinſeca.

II.

Si quis ideo Elementa à loco ſuo moueri effectiuè dicat, quia melius in eo conſeruantur, æquè dicere alius poſſet hominem effectiuè moueri ab hypocauſto calido, in quo meliùs quam ſub Ioue frigido conſeruatur.

III.

Locus alienus elemento impedit potiùs motum elementi, quàm promouet.

IV.

Ille autem eſt proprius, in quo elementum quieſcit.

V.

Hinc in proprio nec leuia nec grauia eſſe dicuntur elementa.

CONCLVSIO III.

Nec à formis ſuis, nec à cōgenitis à natura qualitatib, elemēta per ſe mouētur ad loca propria:

COROLLARIA.

I.

Ad definitionē naturæ, vt ſit prīcipiū internū mot⁹, ſat eſt quod ſit principiū motus paſſiuum.

II.

Quod animata moueantur à ſe, prouenit hoc ex modo eleuatiore formæ animati ſupra materiam.

III.

Formæ quarum operationes naturæ ſuę debitæ ſtatim poſitis formis reſultant nec cauſæ principes nec miniſtræ dici poſſunt.

IV.

Motum tamen qui fit ab extrinſeco negamus eſſe omnem violentum.

V.

Remouens prohibentia eſt cauſa motus grauium & leuium per accidens.

CONCLVSIO IV.

Generās eſt cauſa princeps, & per ſe motus elemētorum.

COROLLARIA.

I.

Generans impulſu quodā naturæ nititur quantū poteſt rē perfectā & omnibus numeris abſolutam producere.

II.

Generans eſt quod tribuit formā elemētis, grauitatē & leuitatē, nec nō motū tāquā paſſionem conſequentem illa.

III.

Generāti attribuēdæ ſunt actiones illæ, quibꝰ ſe res naturales vēdicant in ſtatū naturæ cōuenientē, vt cum aqua ex calida fit frigida.

IV.

Principium motus cū ſit generans, eſt etiam & quietis.

V.

In inanimatis veriſſimum eſt. Qui dat eſſe, dat conſequentia ad eſſe.

Sub felicissimis Auspicijs

Magnifici, Clarissimi, & Adm: R̃ndi D.

D. STANISLAI

ROZYCKI

I. V. Doctoris & Professoris,

Cancellarij Ecclesiæ Collegiatæ

SS. Omnium.

Almæ Vniuersitatis Cracouiensis Studij

Generalis

RECTORIS,

Vigilantissimi.